

ulterius appellare non licet, ut postea bene possit, firmant Jacob Sahagum in cap. 1. n. 70. de sequis. poss. & fructuum. Anton. Gomez. in l. 45. Tauri num. fin. ad fin. Covarr. in pract. quest. cap. 23. n. 7. quos referens sequi Felician. de consil. lib. 3. cap. 1. n. 11. ante fin. quod quidem modo non examinatio, sed vide leges Regias quibus fundantur, secundum eorum terminos Doctores intelligi, veruntamen est, quod in illis iudiciis summariis, de quibus supra & rem. l. fin. C. de edict. divi, appellatio non suspendit, ut quotidie vulgo vidimus, & idem in Salviano, ob eius specialites.

61 Et tandem pro comprobatione & justificatione huius regulæ proposita adde, quod cum a possessoriis ordinariis seu plenariis appellatio non admittatur, multo minus admittenda est in iudiciis illis summariis preparatoriis ordinariis possessoriis ex officio iudicis, juxta l. equissimum. ff. de usufruct. de quibus nos late ad princ. supra, ita hanc consequentiam deducit Rôlan. à Valle cons. 8. n. 34. & 35. vol. 4. Altari. consil. 86. ff. in l. quod iussit n. 29. de re iudicato Covarr. in pract. quest. 17. n. 7. Menoch. de adipis. poss. rem. 6. n. 48. Brûn. con. 98. n. 9. Boërius in consuetud. Biturig. §. 4. de iurisd. omn. iud. Rehuff. in comment. ad Reg. consil. tom. 3. tit. de mater. poss. art. 1. §. 1. n. 23. Joseph. Ludov. decis. 20. num. 9. Benemend. cons. 79. sub. 1. & quod nec supplicari possit, vide Covarr. ubi supra d. cap. 19. n. 4. vers. octavo. Riccius in pract. dec. 203. p. 2. per tot.

62 Hanc tamen regulam hæcenus autoritatibus, legibus, & rationibus comprobata declarata: ut intelligatur prohibita appellatio quoad effectum suspensivum duntaxat, non autem quoad devolutivum, quoniam licet executio sententiæ late in meris possessoriis proactore non retardetur per appellationem subsequens: tamen causa devolvitur ad superiorem facta executione, ut ipse de iustitia, aut iniustitia sententiæ cognoscat ad revocandam, vel confirmandam sententiam, non tamen potest revocare executionem ejus tanquam attentatam, quia illud non causat istam declarationem, probat omnis Doctorum cetera hæcenus à princ. huius articuli relatæ, qui quidem omnes absolute (demptis protinus allegandis) cum de prohibenda appellatione à possessoriis hanc declarationem adiungunt, testantes de communi & magis receptori, quos non repeto.

63 Ultra quos hanc in super tenent post Bart. (cujus est originis) in l. ante sententiam sub num. 6. ff. de appellat. recip. Abb. in cap. cum ad sedem sub n. 30. de restit. spol. Joseph Ludovic. d. cis. Perus. 20. Domin. Mariana n. 14. 15. & 18. Roginell. tract. de appell. 2. §. cap. 3. sub n. 706. & magis communem testatur Mar. de ord. iudicio 6. p. actu 2. prin. in verb. & quando quo appellatur num. 305. in fin. & 306. limit. 16. fol. 504. & de magis communi testatur etiam Scaccia lib. 1. causa civil. & crim. cap. 97. sub n. 54. & tract. de appellat. quest. 17. limit. 6. membr. 7. num. 16. & 22. & magis receptam dicit Covarr. pract. quest. d. cap. 23. sub num. 8. vers. secunda conclusio, veriorum firmant Menoch. de adipis. rem. 4. quest. 100. num. 828. & de recuperat. rem. 9. n. 322. Afflict. dec. 269. in fin. Lancelot. de attentat. 2. part. cap. 11. limit. 25. à n. 4. cum seq. alios citat Contard. in repet. l. unice. in intel. lectu n. 2. & 3. C. si de momen. poss. (licet non sequatur) & quod sit usu recepta, testatur Marc. Anton. Cuchus tract. de mentien. circ. poss. num. 422. tom. 3. part. 2. fol. 300. Marquess. tract. de commiss. q. 2. de commiss. appel. cap. 2. num. 39. fol. 39. & iterum in secunda impressione part. 1. de commiss. impo. Salvia. cap. 21. num. 33. fol. 236. Rebuff. tract. de sentent. executio art. 5. §. 3. sub n. 1. & 2. tom. 1. Marc. Anton. de Amat. decis. 88. probat. text. expressus in d. l. unica, C. si de momen. poss. fuer. appell. Riccius decis. 103. à princ. part. 2.

64 Qui autem contrarium tenere, ut quoad utrumque effectum in possessoriis sit appellatio prohibita, minime audiuntur, & huius fuit author Bald. in d. l. uni-

ca. licet parum sibi constans, qui contrarium tenebat in l. 2. C. de Episcop. audien. idem quod Bal. in d. l. unica sensisse videtur Paris. cons. 108. n. 2. & cum Bal. communem dicit (& malè Decius cons. 28. n. 4. vers. non obstant allegata. ff. cons. 187. col. 5. vers. hoc sumpto lib. 2. Imm. cons. 55. n. 5. & videtur Bal. etiam sequi Brun. cons. 98. n. 9. tenebant etiam Salicet. Roland. à Vall. Contard. Achil. Personal. Ozafe. Lucas Pat. Hier. Gab. & alii, quos refert Scacc. d. tract. de appell. lim. 8. memb. 7. n. 19. fol. 379. & alii qui communem dicunt.

Et hanc tibi recensere volui, ut memor sis, quod ex ea moti fuere aliqui, alleviare, quod cum à diffinitiva non admittatur appellatio in possessoriis, tamen admittatur à qualibet ejus interlocutoria, quia jam est gravamen irreparabile per appellationem à diffinitiva, com ab ea non appelletur, quoniam si hæc Baldi, & sequacium opinio fuisset vera, scilicet, ut quod utrumque effectum appellatio sit prohibita; probabilis redderetur horum Doctorum ampliatio, ex iis quæ supra resolvimus p. 2. cap. 7. per totum, quod quando à sententia diffinitiva prohibita est appellatio, quoad utrumque, per missa censetur etiam quoad utrumque effectum à qualibet interlocutoria & quolibet gravamine incidente, quia jam non reparatur. At secus sit quando appellatio prohibetur quoad devolutivum tantum, quia tunc regulariter etiam esse prohibitam à qualibet interlocutoria, probavi, ac cum ista Baldi opinio falsa sit, & improbata, & pro contraria sit universa Doctorum observantia (prout dixi, probant omnes Doctores hæcenus ad articulum citati, non admitti potest, at si vera foret Baldi opinio (secundum ea quæ nos in d. p. 2. c. 7. cui hæc adde & nota) admitteretur appellatio suspensiva à quolibet gravamine incidenti.

65 Sed suprascripta regula hæcenus comprobata: appellationi a meris possessoriis non deferendum procedere, advertas jure civili, nam jure canonico regulariter ab omni iudicio possessorio, nisi appellationi emissæ iudex Ecclesiasticus deferat, vim fieri declarant suprema tribunalia, quia licita est quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum de quo habemus juxta expressa, probat text. in cap. significaverunt. de testibus, & ibi notat Innocent. & communiter Doctores, probat text. in cap. cum ad sedem, de restitutione spoliar. & ibi gloss. magna in fin. & plenè Abb. n. 3. dicens communem probat text. in cap. ex conquestione eod. tit. text. in Clem. uni de sequas. poss. & fruct. Clem. 1. de caus. pos. & propr. & utrobique gloss. & Doctores, gloss. in cap. eiq. appel. §. de posses. 2. quest. 6. ubi Archi. & communiter DD. Specul. in tit. de appell. §. in quibus vers. 6. non appellatur & ibi Joan. And. Bald. in l. unica. volum. penult. in prin. & ibi Salicet. num. 6. dicens communem, C. si de momen. poss. Ludovic. Roma cons. 324. in prin. Abb. cons. 58. col. 1. in volum. 2. Decius cons. 28. Paris. consil. 108. col. 3. vol. 1. Ripa in c. sepe n. 3. de restitutione spoliar. August. Beronius q. 52. an iudex sub n. 8. Alex. consil. 99. Vitis processibus l. 3. Bald. consil. 366. quæquam n. lib. 3. Joann. Corral. in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir. poss. n. 26. Vest. in pract. l. 7. cap. 3. n. 2. Capel. Tholof. decis. fin. 2. Guid. Pap. tract. de appell. quest. 83. n. 55. Benintend. decis. 79. n. 1. Marant. in speculo iudic. 9. part. tit. de appellat. num. 295. Lancelot. Robert. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 28. n. 18. Cæsar. Contard. in repet. l. unica C. si de momen. poss. fuer. appellat. limit. 3. num. 2. Hubert. Zuchar. in l. ult. C. de edicto D. Adriam num. 441. Vivius commun. opin. 2. Covarr. in pract. quest. cap. 17. sub n. 7. Anton. Gom. in l. 45. Tauri sub num. fin. Felicia de Solis in tract. de consil. lib. 3. c. 1. sub n. 11. & fere omnes ceteri Doctores superius pro regula citati, & hanc probant doctrinam Ozafe. decis. Pedem. 25. n. 18. in fin. Joseph. Ludovic. in decis. Perus. 20. n. 19. & 20. Marquess. tract. de appellat. part. 2. in commiss. appellat. cap. 1. n. 43. fol. 38. & 54. fol. 40. in 1. impress. Menoch. tractat. de adipis. cen.

adipiscen. rem. 4. q. 100. n. 840. idem Marquess. p. 1. de commiss. in poss. salu. mand. de man. & c. cap. 21. lim. 26. n. 86. fol. 242. in 2. impress. Archil. Person. tract. de adipiscen. num. 346. vers. & quomou fol. 269. plurimos citat, & sequitur Contard. ubi proxime d. lim. 3. n. 5. & lim. 4. n. 1. Joan. Baptist. Pont. tract. de spol. l. 4. c. 3. n. 41. vers. verum, tom. 14. fol. 305.

68 Hinc est, ut etiam in remedio recuperat ex cretin. integranda 3. q. 1. (cum sit remedium inventum, & inductum à jure canonico) appellationi si non deferatur, vim faciet iudex, quod procedit non solum quando intentatur in foro Ecclesiastico, seu canonico, verum etiam quando intentatur in iudicio seculari (quod rectè fieri valet) ita post alios probant Pract. Papiens. in forma libelli. in causa spol. posses. in verbo, per nostrum diffinitivam n. 3. Nat. consil. 566. lib. 3. & cons. 538. n. 4. & n. 13. vol. 1. Joannes Orden in tract. de jur. & acquitate tit. 1. Bald. cons. 321. ad evidentiam præsumentum est, quod alciat. respon. 57. n. 6. Ozafe. dec. 24. in fin. Menoch. de recuper. poss. rem. 5. ubi latè de materia à n. 641. reddunt rationem, quia cum hoc sit possessorium remedium juris canonici quo permessa est appellatio quoad utrumque & illud intentans intelligitur cum omnibus suis qualitatibus, inter quas est ista appellationis permittenda, quia quæ aliqua dispositione & privilegio uti valet, debet uti eo cum omnibus suis qualitatibus, l. ult. §. sed & si præfatum, §. si autem hoc aliquis. vers. cum enim C. de ur. lib. plura similia assert. Neviz. cons. 87. n. 14. quia res semper transit cum sua qualitate, l. age cum Geminiano C. de transactio.

69 Sed huic proposita regulæ, & declarationi solet per nonnullos replicari ex Eguidiana constitutione, quæ expressè decisum stat. ab omni iudicio merè possessorio non licere hodiè appellari, sed primam sententiam executioni mandandam appellatione pendente, cujus meminere protinus citandi, & alii plures; cuius quidem nova determinatione multi non indocti subsistunt. Sed responde, quod ea non obstante, præposita doctrina, etiam hodie jure canonico procedit, quoniam Eguidiana constitutio est coniectata, & limitata ad certas causas, & ad certas personas duntaxat, Vestrius in pract. lib. 7. c. 3. Cæsar. Contard. de Eguidiana q. 1. & seqq. item Eguidiana est localis, lata pro certis locis, & provinciis, duntaxat, ut advertit idem Contard. de Eguidiana quest. 3. à n. 1. Paz in pract. de tenuta c. 12. n. 22. nec Eguidiana habet locum nisi in statu Ecclesiastico Sedi Apostolicæ immediate subiecto, ex Pauli III. provisione & confirmatione, ut advertit Joan. Baptist. Pont. despolio part. 3. cap. 3. n. 42. Mohedan. decis. Rota divers. 112. in prin. & n. ult. part. 3. lib. 1. & decis. 185. n. 2. part. 3. lib. 2. & dec. 187. l. 3. p. ult. 3. Paz de tenuta. ubi proxime n. 24. intra limites tantum temporalis Ecclesiæ jurisdictionis, Cæsar. Contard. ubi proxime quest. 4. n. 8. ad medium. Rot. dec. 112. n. 4. lib. 1. p. 3. divers. nec habet locum inter personas Ecclesiasticas, ut opinatur Octavian. Vestre in pract. lib. 7. c. 3. n. 4. Hordedeus consil. 10. num. 10. l. 2. Christophor. de Paz. ubi proxime n. 27. Et id eo commissio super appellatione apposita in Rota, solet dari cum clausula (sine præjudicio legitimæ executionis, quatenus Eguidianæ locus sit) ut obiter dixit Lanc. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 25. n. 31.

70 Nec obstat text. in cap. fin. 2. quest. 6. ubi Archi. n. 17. quod illo decreto canonico est canonizata l. C. si de momen. & sic etiam jure canonico prohibita intelligitur appellatio in possessorio, quia responderetur, quia illud. cap. fin. vers. de posses. non est juris canonici, sed sunt verba Gratiani compilantis decretum, cujus verba non habent vim canonis, ideoque, non canonizant. Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de appell. §. in quibus. verb. sexto sub n. 8. Federic. de Senis cons. 76. Domino Auditoris

71 Sed huic proposita regulæ, & declarationi solet per nonnullos replicari ex Eguidiana constitutione, quæ expressè decisum stat. ab omni iudicio merè possessorio non licere hodiè appellari, sed primam sententiam executioni mandandam appellatione pendente, cujus meminere protinus citandi, & alii plures; cuius quidem nova determinatione multi non indocti subsistunt. Sed responde, quod ea non obstante, præposita doctrina, etiam hodie jure canonico procedit, quoniam Eguidiana constitutio est coniectata, & limitata ad certas causas, & ad certas personas duntaxat, Vestrius in pract. lib. 7. c. 3. Cæsar. Contard. de Eguidiana q. 1. & seqq. item Eguidiana est localis, lata pro certis locis, & provinciis, duntaxat, ut advertit idem Contard. de Eguidiana quest. 3. à n. 1. Paz in pract. de tenuta c. 12. n. 22. nec Eguidiana habet locum nisi in statu Ecclesiastico Sedi Apostolicæ immediate subiecto, ex Pauli III. provisione & confirmatione, ut advertit Joan. Baptist. Pont. despolio part. 3. cap. 3. n. 42. Mohedan. decis. Rota divers. 112. in prin. & n. ult. part. 3. lib. 1. & decis. 185. n. 2. part. 3. lib. 2. & dec. 187. l. 3. p. ult. 3. Paz de tenuta. ubi proxime n. 24. intra limites tantum temporalis Ecclesiæ jurisdictionis, Cæsar. Contard. ubi proxime quest. 4. n. 8. ad medium. Rot. dec. 112. n. 4. lib. 1. p. 3. divers. nec habet locum inter personas Ecclesiasticas, ut opinatur Octavian. Vestre in pract. lib. 7. c. 3. n. 4. Hordedeus consil. 10. num. 10. l. 2. Christophor. de Paz. ubi proxime n. 27. Et id eo commissio super appellatione apposita in Rota, solet dari cum clausula (sine præjudicio legitimæ executionis, quatenus Eguidianæ locus sit) ut obiter dixit Lanc. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 25. n. 31.

72 sub n. 1. Men. tract. de adip. poss. rem. 4. q. 100. n. 841. & 843. fol. & 153. Con. in l. unice. in 2. ratione d. citendi. n. 31. C. si de momen. poss. Scaccia de appellat. q. 17. tom. 1. 6. memb. 7. num. 2.

73 Hanc tamen conclusionem, quod iure Pontificio appellatione non deferens impoſſibilitatis remediis iudex vim nullam faciat, ut limites, vel in iudiciis possessoriis, quæ superius summariis dixi, ut in his appellationi nisi iudex Ecclesiasticus deferat, vim faciat manifestam, siquidem non suspendat executionem sententiæ, prout ita in remedio adipiscendæ poss. ex l. fin. C. de edicto D. Adr. dixerunt ut author huius opinionis Bald. consil. 141. n. 1. l. idem Bald. consil. 203. lib. 4. & ex c. ult. §. quis 2. quest. 6. ubi Archidia. defendit Beronius q. 44. per tot. & ante eos fuit opinio Innocentii, in cap. postorals. n. 3. vers. ad hoc intelligendum. Salicet. in l. unica C. de momen. poss. fue. col. 3. vers. quer o secundo. Menoch. de adipiscen. em. 4. q. 101. n. 840. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 4. n. 31. & membr. 7. n. 12. Zuchar. in d. l. fin. C. de edicto D. Adr. n. 441. Tiraquell. plures referens in tract. le mort. saist. p. 6. declarat 6. n. 2. Covarr. in tract. quest. cap. 23. num. 8. vers. tertia canonis. Lanc. Rob. de attent. p. c. 12. lim. 25. n. 27. Joseph. Luc. dec. 20. n. 20. Menoch. de adipiscen. poss. rem. 4. n. 840. cum seqq. Petr. Benintend. concl. 79. n. 7. fin. Marta de iurisd. 4. p. cent. 2. cas. 159. n. 19. & 20. Riccius in pract. decis. 203. per tot.

74 Et rationem reddunt tum quia, ut supra diximus, & l. quisquis C. quorum appell. non recip. l. fin. ff. de appell. recip. testatorum voluntates, & testamenta celeritatem, non dilationem requirant, quia idèd cum omnes causæ, quibus hæc militat ratio, omni jure canonico etiam, appellatio non suspendat, diximus supra hoc lib. 3. c. 1. & alibi passim, nihil mirum est hic casus illo potiatu privilegio jure canonico pro qua opinione est text. in cap. ult. §. si quis 2. q. 6. & etiam quoniam si jus civile testatorum dispositioni pietate, & charitate ductum multum favor, multo plus debet favore Pontificum, juxta text. in cap. cum eses. de testam. ubi Doctores, ut dixi Menoch. supra alia etiam vitur ratione Covarr. in d. c. 3. sub d. n. 8. vers. tertia conclus. nec sunt ferendi Beronius, Beneintend. & Joseph. Ludovicubi proxime, putantes appellationem hoc casu esse prohibitam etiam jure civili, quoad utrumque effectum devolutivum & suspensivum, cum contrarium & rectè communiter supra citati omnes Doctores dicunt, & text. in d. cap. ult. §. si quis 2. q. 6. esse quod si canonizata lex quisquis C. quorum appell. non recipian generaliter loquentes & sine distinctione debent intelligi, prout intelligunt eandem legem communiter Doctores, minime admittatur appellatio quoad suspensivum, secus quoad devolutivum, nec iure canonico censenda est immutata dispositio d. l. si quisquis, maxime cum eo jure in possessoriis regulari et admittantur quoad utrumque, ut dictum est. Ita Menoch. late de rem. 4. n. 841. & seqq. sumsumque, ubi ex cetero curat probare, illam legem non esse canonizata um, sed esse in Gratiano inter canones relata, quem vide.

75 Et ex identitate rationi scilicet celeritatis, limitata ulterius præfatam conclusionem, ut scilicet jure etiam canonico appellationi sit deferendum à sententia lata in illis summariis iudiciis possessoriis preparatoriis ordinariis possessoriis, ex iudicis officio, juxta l. equissimum. ff. de usu fruct. de quibus supra ad princ. cap. quoniam sunt remedia. extraordinaria, & inducunt pro evitandis scandalis, & rixis ex immimenti periculo inter litigantes, certantes possidere, quæ ratio multo fortius jure canonico impedit appellationem, & in specie ita scribit Beneintend. cons. 79. n. 6. in fin. plures adducit rationes Menoch. de retinenda poss. rem. 6. n. 40. Conard. in d. l. unica limit. 2. n. 48. & fin. Joseph. Ludovic. in decis. Perus. 20. n. 11. part. 1. Lanc. tract. de attent. p. c. 12. g. Pp 4. lim. 25.

lim. 15. num. 26. Scaccia de appellat. q. 27. lim. 6. memb. 1. num. 2.

81 Idem etiam arbitror esse dicendum de jure canonico, ac jure civili (secundum quae supra proba vi) appellationi non esse deferendum interpositae a sententia lata in remedio illo saluberrimo, ex Salviano interdicto, nam cum in eo diximus, summarie agi, nec admitti exceptiones altiore indaginem requirentes, & alias specialitates, ita nec jure canonico admittendam appellationem quoad devolutivum, quoad ita invenio Rotam determinasse 14. Octobris 1568. quae est decisio inter collectas per Caputaq 222 incipit Aeguidiana, cujus etiam meminit Lancelot. de assent. 2. c. 12. lim. 25. n. 10. ita etiam terminavit. Rot. teste Seraphino dec. 10143. 2. tom. ubi late prosequitur, in quibus quidem determinavi appellationi in Salviano interdicto emissa non esse deferendum.

82 Praefatam autem conclusionem ut in possessoriis non appelletur, declara ut procedat, & locum habent in terminis, de quibus loquitur, scilicet, in causis mere possessoriis, ut secus fit quando possessoria causa est mixta, scilicet cum petitorio, quoniam tunc ratione mixturae a tota sententia admittitur appellatio, ut est videre in remedio recuper. ex l. si quis in tantam C. unde vi, ut in unum plures allegandum Menoch. de recuper. poss. rem. 9. a. num. 519. Anton. Gom. in l. 45. Tauri sub n. 194. post princ. Lancelot. Robert. de assent. 2. p. c. 12. limit. 25. n. 14. Maranta de ord. judic. 6. p. tit. de appell. n. 303. per rationem autem summa cum diligentia explicuimus supra lib. 2. c. 7. a. n. 88. cum seqq. ut licet, quando causa petitorii simul tractatur cum possessorio, vel ex natura causae vel aliter ex oppositione, & permissione partis tacite, aut expresse, & super utroque lata est sententia, cum petitorio ut potentius, & magis dignum praeponderet, supprimat & absorbeat possessorem, tanquam minus principale, & sic appellatio in totum sententiae executionem impedire debet, ita ut hoc casu qualitas affirmativa praevalat negativae de cujus rationis iustitia, & comprobatione ibi n. d. cap. 7. num. 88. cum pluribus seqq. in 2. distinctionis membro, exactissime poteris videre, ubi pariter multa ad propositum adnotatione dignissima, quae consulo non repeto.

84 Quo loco plurimos Doctores adduxi tractantes de hac mixtura possessorii, & petitorii, varia exempla constituentes an & quando mixtura dici potest, ut in eo casu appellatio permittitur sit a tota sententia, ex rationis specialitate, quae inter possessorium & petitorium viget, cujus causa hanc mixturam pro limitatione apposuimus ad distinctam conclusionem universaliter appositam supra d. c. 7. ubi tractavimus an a sententia habente adversam qualitatem prohibitivam, & permissivam appellationis, sit admittenda appellatio in totum necne: quare ad praedictos Doctores potes pro materia recurrere, & ultra illos vide etiam Christoph. de Paz in tractatu de tenus. cap. 13. & a. n. 612. & 613. cum seqq. Mier. de majorat. 3. p. quest. 34. a. n. 53. & seqq. in noviori impressione Marefcot variar. resolut. lib. 2. c. 75. a. n. 43. & supra fol. 138. Girub. decis. 101. per tot. Et advertite, ne decipiari, quia aliquando Doctores generaliter loquuntur, quod a sententia mixturae datur a tota appellatio, quia illos debet intelligere de hac mixtura possessorii & petitorii, quae propria est mixtura, quid autem (extra hunc casum) in sententia, qua diversitas qualitatum reperitur complicata, sit dicendum, vide quae diximus dict. lib. 2. cap. 7. per totum, ubi late.

86 Hinc est, ut etiam in iudicio ad exhibendum, si propter non exhibitionem reus fuisset ad interesse condemnatus, datur appellatio ab huiusmodi condemnatione interesse. Bar. in l. 2. column. 2. num. 5. ff. de appellat. recip. Bald. in l. unica sub num. 15. C. si de momen. poss.

& ibi Caesar Contard. in lim. 14. n. 20. & 24. Joan. de Ami. consil. 147. super dubio n. 3. ibi, item in actione Michel. in tr. de concor. gloss. concor. 6. fall. 6. moder. 13. sub n. 27. Ozasc. dec. 25. n. 11. & post. Specul. iii. de app. §. in quibus n. 12. Cont. d. l. unie. oppos. 4. n. 2. q. & 5. Rugimell. tract. de app. §. 2. c. 3. n. 695. vers. 24. in fin.

Et loquendo generaliter in omni iudicio possessorio, in quo sit condemnatio interesse propter non facultate rei restituendae, Scac. de app. q. 17. lim. 6. memb. 9. num. 22. & memb. 8. n. 19. & melius memb. 5. sub. num. 1. & memb. 4. n. 128. & memb. a. n. 5. & seqq. vide in optimo casu per Aloy. Riccium in prax. decis. 2. p. decis. 200. & de ratione huius doctrinae vide quae latius dixi supra lib. 2. d. cap. 7. a. num. 132. cum pluribus seqq. quibus & haec adde.

88 Quid autem sit dicendum in possessorio super iurisdictionalibus, & aliis, quibus debet justificari possessio cum titulo, an admittatur appellatio suspensiva, vide quae late Scaccia de app. q. 17. lim. 6. memb. 9. an. 5. & a. 52. & latius art. 109. Mier. de major. 3. p. q. 24. a. n. 56. & supra, quos vide, quia dissentiant in resolutione, praecipue Scac.

89 Et ex eadem ratione idem est respondendum in remedio retinen. poss. ex interdicto de aqua quotidiana, & activa, de qua late per Menoch. de retin. poss. rem. 6. per totum. nam a sententia in eo lata nisi iudex deferat, vim facit, quia legitima, habet enim hoc interdictum admixtam causam proprietatis, l. 1. §. ult. ff. de aqua quotidiana. & est iura ita per Bald. in d. unie. column. 2. vers. quare quid si de momen. poss. fuer. appell. Alber. in l. ult. n. 3. C. qui leg. pers. habent. stand. ubi etiam dicit, quod quando possessorium habet admixtam causam proprietatis, locum non habet dispositio illius l. fin. quam vide, sequitur in terminis Menoch. loco proxime citato n. 146. & seqq.

Et ex identitate rationis repetendum idem est in remedio possessorio adipiscendae ex l. fin. C. de edito D. Adrian. quando possessor conventus asserit se pariter heredem scriptum in testamento solemniter, atque ita patrem titulum ostendit, quia tunc a sententia contra se lata, appellationi emissa iudex si non desert, vim facit, quia licita est quoad utramque, ita censuit Aaron. Nicell. in tractatu de concor. gloss. in concor. 1. num. 28. motus Baldi responso in consil. 281 lib. 3. alias consil. 141. praemissis verbis lib. 1. idem Bald. in l. unica num. 4. vers. 4. nos dicimus. C. si de momen. poss. fuer. appell. post Innocentium ab eo citatum, & Baldi consilium inteligit & declarat Menoch. de adipiscen. rem. 4. n. 86. cum seqq. 92 quando fuisset probabilis dubitatio, quis eorum esset haeres, quia tunc necesse est ingredia iudicium petitorium, atque ita probare se heredem, cum ergo eo in casu fuit disputatio petitorii admixta, iuste iureque a lata sententia appellari potuit, prout Bald. in d. consil. 141. refert in additio Cappella Tholos. quest. ult. n. 2. vers. item nisi fuerit, huius articuli latissime declarat casus, quibus procedit, Menoch. ubi proxime a nem. 856. cum seqq. ubi num. 862. adducit in omnibus possessoriis, quod si exceptio respiciens proprietatem, quae repellit poterat, fuit admixta, est super ea cognoscendum, ex his quos ipse de recuper. rem. quest. 15. ac 93 idem cum a tali iudicio emittatur appellatio cum sit a sententia lata in possessorio mixto operabitur effectum suspensivum, ex praefatis Doctoribus, & ex Bald. consil. 367. l. 1. ff. consil. 187. l. 2. Ozascus dec. pedem. 25. col. ult. vers. item quando lata. Enim vero ubi possessorium habet admixtam causam proprietatis, non dicitur momen. taneum, Alber. in l. ult. n. 3. C. qui legit. person. 94 habent. nec statuta disponentia circa possessorium, merum intelligitur, nec extenditur ad possessorium merum, ita Menoch. in tract. de retin. poss. rem. 5. n. 67. & rem. 6. n. 166.

Et hac ratione tentata idem dixere nonnulli circa reme-

remedium adipisci ex Salviano interdicto, non quod sui natura habeat admixtam causam proprietatis, quia ut supra diximus merum possessorium est, sed quando sic contingit, ut aliqua cum causa petitoria respiciente simul tractetur, quia tunc appellationi esse deferendum respondet Sarmi. de reddit. Eccles. cap. 2. n. 27. ex Baldi consil. 141. praemissis verbis lib. 1. quae doctrina quando in hoc interdicto verificari possit, locum habeat, & vera sit, vide omnino Menoch. de adipiscen. rem. 3. a. n. 187. cum multis sequentibus.

97 Quid autem sit dicendum quando in sententia possessorii pariter sit condemnatio fructuum damni, aut interesse, latissime, & accuratè examinavimus supra lib. 2. cap. 7. a. num. 56. in secundo membro distinctionis, ubi alia etiam videbis, & de pluribus aliis generalibus limitationibus huic conclusioni, & regulae possessorii, vide Anton. Gomez in d. l. 45. Tauri num. fin. Maran. in Specul. 6. p. tit. de appell. a. num. 294. cum sequentibus. Lancelot. de assent. 2. p. cap. 12. limit. 25. Menoch. de adipiscen. rem. 4. a. n. 82. 6. & alibi passim per Doctores superius relatos.

98 Unum tamen ad praemissa necessarium non omitto, quod quamvis in iudicio possessorio passum sit agi de proprietate, simul atque mixtum tractetur: si tamen super possessione duntaxat, & non super proprietate sententia lata fuerit, appellationi non deferens vim non facit quia huiusmodi appellatio nec suspensa sit, nec hoc casu impedit executionem praedictae sententiae, ita determinavit Rota decis. 27. n. 1. & 2. p. 1. diversis & decis. 34. n. 8. p. 2. Decius consil. 28. per tot. Coraf. consil. 50. num. 3. lib. 3. Caesar. Contar. in l. unie. C. si de momen. poss. fuer. limit. 2. ratiō mixturae, §. 3. n. 13. Christophor. de Paz in tractatu de tenus. cap. 13. n. 62. itaque nos loquimur in dictis casibus, quando simul, terminatur possessorium, & petitorium, vel simul utraque sententia concutitur.

99 Pariter & supradictam nostram regulam intellige, quando agitur de iudicio meri possessorii, secus autem quando de possessorio tractatur per viam contractus, ut puta quando quis promissit fundum, domum, aliamve speciem alicui, quoniam a condemnato ob illum contractum appellationi emissa deferendum est, ut probant Bald. consil. 210. in fin. vol. 5. Maran. de ord. jud. 6. p. tit. de appell. n. 305. nisi ad ejusdem speciei possessionem agatur mediante instrumento gaerenciato, quoniam aliter est dicendum, dicemus (Deo dante) infra lib. 3. interim videndum Parla. lib. 1. rerum quotid. c. 10. Amador. Rodrig. de ex. ut c. 5. n. 24. vers. cuius executioni, & vers. seqq. & superius a. n. 21.

101 Et quod quando agitur ad possessionem principaliter, & immediate vigore contractus, possit appellari, probat idem Bald. in l. unie. col. 10. vers. & nota ibi. §. si quis promissit. C. si de momen. poss. dicens quod si quis promissit mihi tradere nudam possessionem, & iudex sententiat, eam mihi tradi potest condemnatus, & obli-

102 gatus appellare, quia nullum super est ei petitorium contra pactum, idem (inquit est si possessorem in stipulatione deductum sit, & idem si quis petat se in-

103 vestiri de feudo, quia agit ex contractu: idem quod Bar. tenent Nicell. tract. de concor. gloss. 6. fall. 6. mod. 6. sub. n. 26. fol. 191. Ozasc. decis. Pedemont. 25 sub n. 11. Marquet. tractatu de commiss. n. 2. in commiss. appell. c. 2. n. 49. fol. 39. Caesar. Contar. in l. unie. lim. 1. num. 70. vers. alius exemplum & lat. lim. 14. n. 1. & seqq. C. si de momen. poss. Rot. decis. 356. n. 8. p. 1. diversis. 25 sub n. 78. ubi Scaccia de appell. q. 17. limit. 6. memb. 9. a. n. 78. ubi quod idem est in condemnato ad liberè dimitendum possessionem possit appellare, quia continent mixturam de quo per eum n. 20. & d. Rotae decisio.

105 Et juxta hanc nota unam elegantem Rotae decisionem 857. in recolle. noviss. per Farin. 2. p. Fuit tentum quod stante pacto transactioni opposito, quod desi-

cientie fratre Francisco in solutione, liceret monasterio Carthusiensi Pisarum propria autoritate possessionem domus recipere, possessio in vim pacti capta, non aliter obtenta sententia declaratoria, fuit valida, Cas. decis. 7. n. 1. de locat. Clarius in verb. emphyt. q. 11. & 26. cum relatis per Asinium in praes. §. 7. limit. 48. n. 3. nec referre, quod iudicem adiverit, quia cum possit propria autoritate hoc facere, potuit etiam ex urbanitate petere a iudice licentiam ingrediendi, & satis est, quod huiusmodi ratione praeservavit jus monasterii, Alex. consil. 131. n. 3. lib. 4. Afflic. decis. 226 & dec. 460. It. in l. 2. n. 113. de jure emphyt. Moder. de assent. 2. p. c. 4. amplius. 1. n. 2. & 4. minus etiam obitare, quod possessio capta fuerit pendente termino ad appellandum; nam cum ad possessionem non fuerit actum ex contractu, sed vigore clausulae constituti, & clausula quod possit capi possessio propria autoritate; non erat locus appellationi. Contard. in l. un. lim. 24. n. 7. C. si de mon. en. poss. fuer. appell. & in consequenti pendente termino vel appellatio interposita non poterat impedire illius executionem, Barb. consil. 10. n. 1. lib. 3. Guid. Pap. 219. n. 7. Roland. a Valle. consil. 77. num. 10. lib. 2. tanto magis quod licet fuerit actum ad caducitatem, illa tamen fuit incidenter, non autem principaliter deducta, quomodo casu donegatur appellatio, juxta tradita per Decium consil. 28. Contar. d. l. unie. q. 15. Haecenus de dicta decisione.

Et quod dicitur in d. Rotae decisione, quod quando agitur ad possessionem non vigore contractus principaliter, sed vigore clausulae constituti in ea appositae, non sit licita appellatio, tenet Paul. Castren. consil. 43. videtur lib. 1. n. 4. quia tunc debitor nolens tradere possessionem videtur spoliare, Scaccia de appell. q. 17. lim. 6. memb. 9. a. n. 80. qui n. 79. post Bald. ubi supra & Contard. in d. l. unica limit. 14. n. 2. & num. 4. in si quod filio perente investituram feudi per utile interdictum quorum bonorum, non dabitur appellatio.

Quod etiam procedit, quia si immediate actum est non ex ipso contractu, sed aliquo interdicto possessorio licet accessorie, seu in consequentiam deducatur contractus, & ejus validitas, non datur appellatio, Contard. late in l. unica limit. 14. n. 3. & vide a. n. 1. cum seqq. & Scaccia d. lim. 6. memb. 9. a. n. 81. ubi quod comprobatur ex eo, quod ipse late a. n. 110. ubi quod ostendens titulum ad consequendam possessionem petitam non dicatur agere possessio mixta.

Aliud etiam potest reddi exemplum, quando scilicet sententia habet complicatam causam salutaris, quia tunc etiam appellatio admittitur, suspendique etiam bonorum possessionem secundum tabulas, text. in l. 1. & ibi Bald. Salic. C. de bonorum poss. secundum tabul. Bal. in l. p. sententiam n. 6. C. de senten. & interlocut. ovani. Nicell. de concor. gl. concor. 6. fall. 6. sub. n. 26. modera. 3. fol. 191. Rota decis. 323. n. 1. p. 1. diversis. Dominus dixerunt, &c. de quo de ratione vide Scacciam ubi proxime n. 84. & seqq.

Ac denique tunc admittitur appellatio a sententia lata in possessorio iudicio, quando scilicet gravamen ex ea illatum non potest reparari iudicio petitorio, puta quia condemnatio iudicio possessorio, ad possessionis & rei restitutionem, nulla competit actio in re, sed ejus retentionem duntaxat, & juxta casum text. in l. qui exceptionem, §. si pars, ff. de conditione indebiti: ubi Cuman. n. 27. & juxta l. si in arca ff. de conditione indebiti, Bald. in l. un. n. 7. vers. quare quid si non agit. possessorio. C. si de momen. poss. fuer. appel. ubi ait, quod quando iudicium possessorium movetur contra detentatorem, ut puta commodatarium si contra eum fertur sententia, poterit ille appellare, rationem reddi, quia non potest commodatarius petitorium movere, atque pariter nec ei illatum damnnum reparari. Bald. in l. 2. in 2. C. de Episcop. audi. Bart. in lib. 2. n. 3. ff. de appell. recip. Castren. consil. 46. col.